

Pompeium remanere Brundusii cum cohortibus viginti. Neque certum inveniri poterat, obtinendine causâ Brundusii ibi remansisset, quò facilius omne Adriaticum mare, extremis Italiae partibus, regionibusque Græciæ, in potestatem haberet, atque ex utrâque parte bellum administrare posset, an inopiâ navium ibi restitisset: veritusque, ne Italiam ille dimittendam non existimaret, exitus administrationesque Brundusini portûs impedire instituit: quorum operum hæc erat ratio. Quâ fauces erant angustissimæ portûs, molem, atque aggerem ab utrâque parte littoris jaciebat, quod iis locis erat mare vadosum. Longius progressus, cum agger altiore aquâ contineri non posset, rates duplices quoquo versus pedum triginta e regione molis collocabat. Has quaternis anchoris ex quatuor angulis destinabat, ne fluctibus moverentur. His perfectis, collocatisque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat. Has terrâ atque aggere contegebat, ne aditus, atque incursus ad defendendum impediretur: a fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. In quartâ quâque earum turres binorum tabulatorum excitabat; quò commodius ab impetu navium, incendiisque defenderet. Contra hæc Pompeius naves magnas onerarias, quas in portu Brundusino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat,

*Certum invenire*, ni se podia averiguar. *Obtinendine Brundusii*, para mantener á Brindis. *Administrare bellum*, hacer la guerra por uno y otro cabo. *An inopiâ*, ó si se habria detenido allí por falta de naves. *Veritus ne non existimaret*, recelándose que Pompeyo pensaría en abandonar á Italia. *Exitus administrationesque*, intenta impedir el paso y comercio del puerto de Brindis con maniobras del tenor siguiente. *Quâ fauces*, por donde el puerto formaba una garganta muy estrecha. *Molem, atque aggerem... jaciebat*, hacia muelle y terraplen. *Altior aquâ*, por la profundidad del mar. *Collocabat rates duplices*, ponía naves de dos en dos. *Quoquo versus*, á igual distancia de treinta piés. *E regione molis*, enfrente del muelle. *Has quaternis*, afianzaba estas por las cuatro esquinas con cuatro áncoras. *Pari magnitudine*, tan grandes. *Contegebat*, cubrialas con tierra y faginas. *Incursus*, y el paso para ampararlas. *Protegebat*, la cubria con enrejados y parapetos de madera. (Lo explican con variedad los AA.) *In quartâ quâque earum*, y en la cuarta de ellas; esto es, dejando tres de por medio. *Binorum tabulatorum*, de dos altos ó pisos. *Onerarias*, de carga. *Adornabat*, aprestaba, disponia...

easque multis tormentis, et omni genere telorum completas, ad opera Cæsaris appellebat, ut rates perrumperet, atque opera disturbaret. Sic quotidie utrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. Atque hæc ita Cæsar administrabat, ut conditiones pacis dimittendas non existimaret; ac tametsi magnopere admirabatur, Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miserat, ad se non remitti; atque ea res sæpe tentata etsi impetus ejus consiliaque tardabat, tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat. Itaque Caninium Rebilum legatum, familiarem, necessariumque Scribonii Libonis militi ad eum, colloquii causâ; mandat, ut Libonem de conciliandâ pace hortetur: in primis, ut ipse cum Pompeio colloqueretur, postulat. Magnopere sese confidere demonstrat, si ejus rei sit potestas facta, fore ut æquis conditionibus ab armis discedatur: cujus rei magnam partem laudis atque existimationis ad Libonem preventuram, si illo auctore, atque agente, ab armis sit discessum. Libo a colloquio Caninii digressus, ad Pompeium proficiscitur. Paulò post renunciat, « quòd consules absint, sine illis de compositione agi non posse. » Ita sæpius rem frustra tentatam Cæsar aliquando dimittendam sibi judicabat, et de bello agendum.

XIV. Prope dimidiâ parte operis a Cæsare effectâ, diebusque in eâ re consumptis novem, naves a consulibus Dyrhachio remissæ, quæ priorem partem exercitûs eò deporta-

*Multis tormentis*, llenas de máquinas y toda suerte de armas arrojadas. *Ad opera Cæsaris*, las dirigia á las torres levantadas por César, en tal forma que desbarataba las naves y arruinaba sus maniobras. *Sic quotidie... pugnabatur*, en esta forma de una y otra parte se peleaba diariamente desde lejos con hondas, etc. *Conditiones*, dejar de tratarse de condiciones de paz. *Atque etsi ea res sæpe*, y aunque este medio, probado por él muchas veces, retardaba sus bríos y resoluciones. *De conciliandâ pace*, sobre ajustar las paces. (*Componere bellum*, lo mismo.) *Ab armis discedatur*, que cesen las hostilidades con condiciones tolerables. *Cujus rei*, en lo que no será pequeño el lauro y reputacion que sacará Libon. *Si illo auctore atque agente*, si por sus consejos y mediaciones se dejaban las armas. *Colloquiis*, conferencia, plática. *Compositione*, sup. belli, sobre hacer la paz. *Aliquando dimittendam*, que al cabo debia abandonar el pensamiento de la paz, intentado tantas veces vanamente.

XIV. *Dyrhachio*, desde Durazo...

verant, Brundisium revertuntur. Pompeius, sive operibus Cæsaris permotus, sive etiam quòd ab initio Italiã excedere constituerat, adventu navium profectionem parare incipit: et quò faciliùs impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsã profectione milites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos, plateasque inædificat, fossas transversas viis prædicit, atque ibi sudes, stipitesque præacutos defigit. Hæc levibus cratibus, terrâque inæquat. Aditus autem, atque itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus, atque eis præacutis, præsepit. His paratis rebus, milites silentio naves conscendere jubet; expeditos autem ex evocatis sagittariis, funditoribusque, raros in muro, turribusque disponit. Hos certo signo revocare constituit, cum omnes milites naves conscendissent; atque iis expedito loco actuaria navigia relinquit. Brundisini, Pompeianorum militum injuriis, atque ipsius Pompeii contumeliis permoti, Cæsaris rebus favebant. Itaque, cognitã Pompeii profectione, concursantibus illis, atque in eã re occupatis, vulgò ex tectis significabant: per quos re cognitã, Cæsar scalas parari, militesque armari jubet, ne quam rei gerendæ facultatem dimittat. Pompeius sub noctem naves solvit. Qui erant in muro custodiæ causã collocati, eo signo, quod convenerat, revocantur; notisque itineribus ad naves decurrunt. Milites positis scalis muros ascendunt. Sed

*Parare profectionem*, disponer la partida. *Sub ipsa profectione*, al tiempo de su marcha. *Portas obstruit*, asegura las puertas. *Inædificat*, ataja las calles y plazuelas. *Fossas transversas*, tira fosos que atraviesan de parte á parte. *Sudes, stipitesque præacutos*, palos y estacas muy aguzadas. *Levibus cratibus terrâque inæquat*, iguala los fosos poniendo maderos de poco grueso y tierra encima. *Extra murum*, que fuera de la muralla iban al puerto. *Præsepit*, los cierra. *Conscendere naves*, embarcarse silenciosamente. *Expeditos autem*, pone en la muralla y torres algunos flecheros y honderos diestros. *Raros*, de trecho en trecho. (Da á entender que no eran muy pocos.) *Evocatis*, de los que vinieron de sus casas, de los que habiendo cumplido vinieron llamados á esta guerra. *Expedito loco*, en lugar desembarazado. *Navigia actuaria*, naves remeras. *Permoti*, irritados. *Favebant*, se inclinaban. *Illis concursantibus*, por andar muy diligentes de una parte á otra. *Significabant vulgò*, lo daban á entender públicamente. *Ne dimittat facultatem rei gerendæ*, para no perder la ocasion de dar el golpe, el asalto. *Eo signo quod convenerat*, son llamados con la señal en que se convinieron...

moniti a Brundisinis, ut vallum cæcum, fossasque caveant, subsistunt; et longo itinere ab iis circumducti, ad portum perveniunt, duasque naves cum militibus, quæ ad moles Cæsaris adhæserant, scaphis, lintribusque deprehendunt, deprehensas excipiunt. Cæsar, etsi ad spem conficiendi negotii maximè probabat, coactis navibus, mare transire et Pompeium sequi, priùs quàm ille sese transmarinis auxiliis confirmaret; tamen rei ejus moram, temporisque longinquitatem timebat, quòd, omnibus coactis navibus, Pompeius præsentem facultatem insequendi sui ademerat. Relinquebatur, ut ex longinquo regionibus Galliæ, Picenique, et a freto naves essent exspectandæ. Sed id propter anni tempus longum, atque impeditum videbatur. Interea veterem exercitum, duas Hispanias confirmari, quarum altera erat maximis beneficiis Pompeii devincta; auxilia, equitatum parari, Galliam, Italiamque tentari se absente nolebat. Itaque in præsentia Pompeii insequendi rationem omittit: in Hispaniam proficisci constituit: Duumviriis municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant, Brundisiumque deducendas curent. Mittit in Sardiniam cum legione unã Valerium legatum, in Siciliam Curionem proprætorem cum legionibus tribus; eundem, cum Siciliam recepisset, protinus in Africam transdu-

*Ut caveant vallum cæcum, fossasque, subsistunt*, que se guardasen de la empalizada cegada con tierra, y de los fosos, se detienen. *Longo itinere*, y conducidos por un largo rodeo. *Duas naves cum militibus*, dos naves tripuladas. *Adhæserant*, que encallaron en los muelles. *Scaphis, lintribusque*, con esquifes y lanchas. *Ad opem conficiendi negotii*, para llevar adelante la esperanza de concluir la empresa. *Probabat maximè*, juzgaba muy oportuno. *Coactis navibus*, juntando naves. *Sequi*, dar alcance. *Confirmaret*, antes que se reforzase con socorros ultramarinos. *Timebat*, temia la dilacion y tardanza. *Ademerat facultatem sui insequendi*, le habia frustrado la ocasion de darle alcance. *Relinquebatur*, le quedaba la única esperanza. *Freto*, del estrecho. *Anni tempus*, el mal temporal. *Longum*, negocio de mucho tiempo y lleno de dificultades. *Confirmari*, se asegurasen. *Devincta maximis beneficiis*, muy á la devocion de Pompeyo, ganada con muy crecidos beneficios. *Italiamque tentari nolebat*, no queria se atacase á la Italia sin asistir él en persona. *In præsentia*, por entonces omite el designio de. *Duumviriis*, eran como gobernadores de los municipios. *Ut naves*, que busquen naves y cuiden de su conduccion á Brindis. *Siciliam recepisset*, despues de haber conquistado la Sicilia...

cere exercitum jubet. Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato: Africam sorte Tubero obtinere debebat. Caralitani, simul ad se Valerium mitti audierunt, nondum profecto ex Italia, suâ sponte ex oppido Cottam ejiunt. Ille perterritus, quod omnem provinciam consentire intelligeret, ex Sardinia in Africam profugit. Cato in Sicilia nave longas veteres reficiebat: novas civitatibus imperabat: hæc magno studio agebat: in Lucanis, Brutiisque per legatos suos civium romanorum delectus habebat; equitum, peditumque certum numerum a civitatibus Siciliae exigebat. Quibus rebus pene perfectis, adventu Curio cognito, queritur in concione « sese projectum ac proditum a Cn. Pompejo, qui, omnibus rebus imparatissimus, non necessarium bellum suscepisset: et ab se reliquisque in senatu interrogatus, omnia sibi esse ad bellum apta ac parata confirmasset. » Hæc in concione questus, ex provinciâ fugit.

XV. Nacti vacuas ab imperiis, Sardiniam Valerius, Curio Siciliam, cum exercitibus eò perveniunt. Tubero, cum in Africam venisset, invenit in provinciâ cum imperio Actium Varum, qui ad Auximum, ut supra demonstravimus, amissis cohortibus, protinus ex fugâ in Africam pervenerat, atque eam suâ sponte vacuam occupaverat, delectuque habito, duas legiones effecerat, hominum et locorum notitiâ, et usu ejus provinciæ, nactus aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis ex præturâ eam provinciam obtinuerat. Hic venientem Uticam cum navibus Tuberonem portu

*Caralitani*, los de Caller (en Cerdeña). *Omnem provinciam consentire*, que se habria hecho con consentimiento de toda la provincia. *Naves longas*, reparaba los buques de guerra. *Imperabat civitatibus*, mandaba á las ciudades contribuir. *Studio magno*, con mucho calor, actividad. *Lucanis Brutiisque*, en el territorio de Lucania y en el Abruzzo. *Exigebat*, obligaba á que acudiesen las ciudades con cierto número de soldados de infantería, etc. *Projectum ac proditum*, que Pompeyo le habia desemparrado y aun hecho traicion. *Qui omnibus rebus imparatissimus*, que sin ninguna prevencion habia entrado en una guerra que se podia excusar. *Questus hæc*, habiendo dado estas quejas.

XV. *Nacti*, habiendo encontrado (los nominativos son *Valerius* y *Curio*). *Vacuas ab imperiis*, sin gobernadores. *Ex fuga*, huyendo (en lugar de *fugiens*). *Effecerat*, habia juntado. *Usu*, práctica. *Nactus aditus*, hallando medio para aquellos intentos. *Obtinuerat eam provinciam ex præturâ*, despues que acabó de ser pretor, habia gobernado aquella provincia...

atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur, sed sublatis anchoris excedere eo loco cogit.

XVI. His rebus confectis, Cæsar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia dedit. Ipse ad urbem proficiscitur. Coacto senatu, injurias inimicorum commemorat: docet « se nullum extraordinarium honorem appetiisse: sed exspectato legitimo tempore consulatus, eo fuisse contentum, quod omnibus civibus pateret: latum ab decem tribunis plebis (contradicientibus inimicis, Catone verò acerrimè repugnante, et pristina consuetudine, dicendi morâ diem extrahente), ut sui ratio absentis haberetur ipso consule Pompeio: qui si improbasset, cur ferri passus esset? sin probasset, cur se uti populi beneficio prohibuisset? Patientiam proponit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro postulavisset; in quo jacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset. Acerbitatem inimicorum docet, qui, quod ab altero postularent, in se recusarent, atque omnia permisceri mallent, quàm imperium, exercitusque dimittere. Injuriam in eripiendis legionibus prædicat: crudelitatem et inso-

*Prohibet portu atque oppido*, no le deja tomar puerto ni entrar en la ciudad. *Affectum valetudine*, ni aun permite desembarcar á su hijo enfermo.

XVI. *Reliquum tempus*, para que sus soldados descansasen el tiempo restante. *Commemorat*, hace mencion, hace presentes las injurias. *Quod... pateret*, lo que era permitido á todo ciudadano. *Latum*, sup. *fuisse a decem tribunis plebis*, que habian promulgado que se atendiese á su pretension estando ausente. *Inimicis contradicientibus*, oponiéndose sus enemigos. *Catone verò acerrimè repugnante*, pero quien mas se opuso fué Caton. *Et extrahente diem*, gastando el tiempo en dilaciones, y con su tardanza y costumbre antigua en decir su parecer. *Qui si improbasset*, y si lo habia desaprobado, ¿porqué dió su consentimiento para que se hiciese? *Patientiam proponit*, les hace presente su sufrimiento. *Cum postulavisset ultro*, en haber voluntariamente pretendido que se diese licencia á los ejércitos. *In quo facturus esse jacturam*, en que iba á menoscabarse no poco su honor y estimacion. *Docet*, manifiesta la crueldad de sus enemigos. *Qui recusarent in se*, que rehusaban hacer lo mismo que pretendian hiciese otro. *Omnia permisceri*, que toda la república anduviese revuelta, alborotada, trastornada. *Dimittere imperium atque exercitus*, que dejar el mando y ejércitos. *Prædicat*, exagera, pondera qué gran sinrazon fué desposeerle de las legiones. *Insolentiam in circum-*

lentiam in circumscribendis tribunis plebis, condiciones a se latas, et expetita colloquia et denegata commemorat. Pro quibus rebus orat ac postulat, rempublicam suscipiant, atque unâ secum administrent. Sin timore defugiant, illis se oneri non futurum, et per se rempublicam administraturum. Legatos ad Pompejum de compositione mitti oportere, neque se reformidare, quod in senatu paulò antè Pompeius dixisset, ad quos legati mitterentur, iis auctoritatem attribui; timoremque eorum, qui mitterent, significari: tenuis atque infirmi hæc animi videri, se verò, ut opibus anteire studuerit, sic justitiâ et æquitate velle superare. » Probat rem senatus de mittendis legatis: sed qui mitterentur, non reperiebantur, maximèque timoris causâ pro se quisque id munus legationis recusabat. Pompeius enim discedens ab urbe in senatu dixerat, « eodem se habiturum loco, qui Romæ remansissent, et qui in castris Cæsaris fuissent. » Sic triduum disputationibus excusationibusque extrahitur. Subjicitur etiam L. Metellus tribunus plebis ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat, reliquasque res, quascumque agere instituerit, impediât. Cujus cognito consilio, Cæsar, frustra diebus aliquot consumptis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis, quæ agere destinaverat, ab urbe proficiscitur, atque in ulteriorem Galliam pervenit. Quò cum venisset, cognoscit missum in Hispaniam a Pompejo Vibullium Rufum, quem paucis diebus antè Corfinio captum dimiserat: profectum item Domi-

*scribendis*, la novedad ó la arrogancia de coartar las facultades de los tribunos *Colloquia expetita et denegata*, como habia pretendido tratar con Pompeyo, y se le habia negado. *Rempublicam suscipiant*, que tomen á su cargo amparar la república. *Atque unâ secum administrent*, y entrar con él á la parte en su gobierno. *Defugiant*, si lo rehusan por cobardía ó temor. *Se non futurum oneri illis*, on les seria gravoso. *Auctoritatem atribui iis, ad quos legati mitterentur*, que se autorizaba á aquellos á quienes se enviaban embajadas. *Hæc videri*, que esto era señal de ánimos viles y apocados. *Senatus probat rem*, no le desagradó al senado la propuesta de enviar embajadores. *Quisque recusabat*, cada cual por su parte se excusaba de ser enviado. *Se habiturum eodem loco*, que él tendria por tan enemigos suyos á los que quedasen en Roma, como á los que siguiesen el campo de César. *Sic triduum extrahitur*, de este modo en altercados y excusas pásanse tres dias. *Subjicitur*, los enemigos de César introducen á L. Metelo. *Distrahat hanc rem*, que retarde, desvanezca esta resolucion. *Iis quæ destinaverat agere, infectis*, sin haber hecho lo que habia intentado.

tium ad occupandam Massiliam navibus actuariis septem, quas Igili et in Cosano a privatis coactas, servis, libertis, colonis suis compleverat; præmissos etiam legatos Massiliensis domi nobiles adolescentes, quos ab urbe discedens Pompeius erat adhortatus, ne nova Cæsaris officia veterem suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis, Massilienses portas Cæsari clauserant: Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, montesque suprâ Massiliam incolebant, ad se vocaverant: frumentum ex finitimis regionibus, atque ex omnibus castellis in urbem convexerant: armorum officinas in urbe instituerant: muros, classem, portasque refecerant. Evocat ad se Cæsar Massiliensium quindecim primos: cum his agit, « ne initium inferendi belli a Massiliensibus oriatur: debere eos Italiæ totius auctoritatem sequi potius, quàm unius hominis voluntati obtemperare. » Reliqua, quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur, commemorat. Cujus orationem domum legati referunt: atque ex auctoritate hæc Cæsari renuntiant: « intelligere se divisum esse populum romanum in partes duas: neque sui iudicii, neque suarum esse virium discernere, ultra pars justiorem habeat causam: principes verò esse earum partium Cn. Pompejum et C. Cæsarem, patronos civitatis, quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Helviorum publicè iis concesserit, alter bello victas Gallias attribuerit, vectigaliaque auxerit. Quare paribus eorum beneficiis parem se quoque voluntatem tribuere debere, et neutrum eorum contra alterum juvare, aut urbe, aut portibus recipere. »

XVII. Hæc dum inter eos aguntur, Domitius navibus

*Navibus actuariis*, naves ligeras. *Coactas a privatis*, juntadas por particulares. *Ne nova*, que los nuevos favores de César no les hiciesen olvidar sus antiguos beneficios. *In eorum fide*, que desde tiempo antiguo les habian sido fieles *Officinas armorum*, habian abierto armerias. *Refecerant*, habilitaban. *Ne initium*, que los Marselleses no diesen principio á las hostilidades. *Mentes sanandas*, calmar sus ánimos. *Cujus orationem*, los embajadores llevan á la ciudad el asunto de este discurso. *Atque ex auctoritate*, y en nombre de todos. *Utra pars*, qué partido llevaba mas razon. *Volcarum Arecomicorum*, Langüedoc. (Su capital Nimes.) *Helviorum*, Vivarès. *Publicè*, en comun.

Massiliam pervenit, atque ab iis receptus, urbi præficitur, Summa ei belli administrandi permittitur. Ejus imperio classem quoquoersus dimittunt: onerarias naves, quas ubique possunt, deprehendunt, atque in portum deducunt: earum clavis, aut materiâ, atque armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasque utuntur: frumenti quod inventum est, in publicum conferunt: reliquas merces commeatusque ad obsidionem urbis; si accidat, reservant. Quibus injuriis permotus Cæsar, legiones tres Massiliam adducit, turres, vineasque ad oppugnationem urbis agere, naves longas Arellate numero duodecim facere instituit. Quibus effectis, armatisque, diebus triginta a quâ die materia cæsa est, adductisque Massiliam, his D. Brutum præfecit. C. Trebinium legatum ad oppugnationem Massiliæ relinquit. Dum hæc parat, atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus tribus, quas Narbone, circumque ea loca, hiemandi causâ, disposuerat, in Hispaniam præmittit; celeriterque Pyrenæos saltus occupari jubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato præsidii tenebantur. Legiones reliquas, quæ longius hiemabant, subsequi jubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate, præsidium ex saltu dejecit, magnisque itineribus ad exercitum Afranii contendit.

XVIII. Adventu Vibullii Rufi, quem a Pompeio missum in Hispaniam demonstratum est, Afranius, et Petreius, et Varro, legati Pompeii, quorum unus tribus legionibus Hispaniam citeriorem, alter a saltu Castulonensi ad Anam duas legionibus, tertius ab Anâ Vectonum agrum, Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat, officia inter se partiuntur, ut Petreius ex Lusitania per Vettones cum omni-

XVII. *Præficitur*, se le da el gobierno. *Summa belli*, el supremo mando de la guerra. *Quoquoersus*, hácia diversos cabos. *Clavis aut materiâ*, de cuya clavazon, maderas y pertrechos se valieron. *Vineas*, manteletes. *Arellate*, Arlés. *A quâ die*, desde que cortaron las maderas. *Hiemandi causâ*, para invernar. *Occupari jubet*, manda apoderarse de los montes Pirineos. *Præsidium ex saltu dejecit*, desalojó la guarnicion del monte. *Itineribusque magnis*, á grandes marchas.

XVIII. *A saltu Castulonensi*, desde Cazorla. *Ad Anam*, hasta Guadiana. *Vettonum agrum*, la Estremadura (segun otros, fundados en Plinio, tierra de Leon). *Officia inter se*, reparten el cargo de la guerra. *Lusitania*, Portugal...

bus copiis ad Afranium proficiscatur, Varro, cum iis quas habebat legionibus, omnem ulteriorem Hispaniam tueatur. His rebus constitutis, equites, auxiliaque toti Lusitaniæ a Petreio, Celtiberis, Cantabris, barbarisque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. Quibus coactis, celeriter Petreius per Vettones ad Afranium pervenit. Constituunt communi consilio, bellum ad Ilerdam propter ipsius loci opportunitatem gerere. Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii tres, Petreii duæ, præterea scutatae citerioris provinciæ, et cetratae ulterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta; equitum utriusque provinciæ circiter quinque millia. Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat, ad sex millia auxilia peditum, equitum tria millia, quæ omnibus superioribus bellis habuerat, et parem ex Galliâ numerum, quem ipse petiverat, nominatim ex omnibus civitatibus nobilissimo et fortissimo quoque evocato. Hinc optimi generis homines ex Aquitanis, montanisque, qui Galliam provinciam attingunt. Audierat Pompeium per Mauritaniam cum legionibus iter in Hispaniam facere, confestimque esse venturum: simul a tribunis militum centurionibusque mutuas pecunias sumpsit. Has exercitui distribuit. Quo facto, duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum devinxit, et largitione redemit militum voluntates. Fabius, finitimarum civitatum animos litteris nuntiisque tentabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos, inter se distantes millia passuum quatuor. His pontibus pabulatum mittebat: quod ea, quæ citra flumen fuerant, superioribus diebus con-

*Celtiberis*, aragoneses. *Qui pertinent ad Oceanum*, que caen á la costas del Océano. *Equites auxiliaque imperantur*, manda contribuyan con caballería y tropas de socorro. *Communi consilio*, de comun acuerdo. *Ilerdam*, Lérida. *Propter loci opportunitatem*, por lo ventajoso del lugar. *Scutatae*, de infantería. *Cetratae*, lo mismo (de *scutum* y *cetra*, el escudo). *Ad sex millia peditum*, hasta seis mil de infantería. *Petiverat*, habia sacado. *Nobilissimo et fortissimo quoque evocato*, llamando á los mas distinguidos y esforzados. *Nominatim*, señaladamente de las ciudades. *Optimi generis*, y despues de la mejor gente de Aquitania y montañeses. *Qui attingunt*, que confinan. *Mutuas pecunias sumpsit*, tomó dinero prestado. *Devinxit pignore*, se ganó con esta prenda los ánimos de la oficialidad. *Largitione*, con su liberalidad. *Redemit*, afianzó los corazones de los soldados. *Tentabat*, tiraba á ganarse. *Sicore*, rio Segre. *Pabulatum*, á buscar forraje...

sumpserat. Hoc idem ferè atque eadem de causâ Pompeiani exercitûs duces faciebant; crebròque inter se equestribus præliis contendebant. Huc cùm quotidianâ consuetudine congressæ pabulatoribus præsidio proprio legiones Fabianæ duæ flumen transiissent, impedimenta que, et omnis equitatus sequeretur, subitò vi jumentorum et aquæ magnitudine pons est interruptus, et reliqua multitudo equitum interclusa. Quo cognito a Petreio et Afranio, ex aggere atque cratibus, quæ flumine ferebantur, celeriter ponte Afranius, quem oppido castrisque conjunctum habebat, legiones quatuor, equitatumque omnem transjecit, duabusque Fabianis occurrit legionibus. Cujus adventu nuntiato, L. Plancus, qui legionibus præerat, necessariâ re coactus, locum capit superiorem, diversamque aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumveniri posset. Ita congressus impari numero, magnos impetus legionum equitatûsque sustinet. Commisso ab equitibus prælio, signa duarum legionum procul ab utrisque conspiciuntur, quas C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat, suspicatus fore id, quod accidit, ut duces adversariorum occasione et beneficio fortunæ ad nostros opprimendos uterentur: quarum adventu prælium dirimitur, ac suas uterque legiones reducit in castra.

XIX. Eo biduo Cæsar cum equitibus nongentis, quos sibi præsidio reliquerat, in castra pervenit. Pons, qui fuerat tempestate interruptus, neque erat reffectus, hunc noctu

*Contendebant equestribus præliis*, tenia encuentros la caballería de ambos. *Congressæ pabulatoribus præsidio*, que por costumbre escoltaban á los forrajeros. *Impedimenta*, bagaje. *Aquæ magnitudine*, por la mucha creciente del río. *Interruptus*, se rompió, vino abajo. *Interclusa*, cortada la restante caballería. *Ex aggere atque cratibus*, por el guijo y maderos cruzados. *Coactus re necessariâ*, no pudiendo pasar por otro medio, obligado de la necesidad. *Locum superiorem*, altura, lugar ventajoso. *Diversamque aciem*, y puso en dos frentes su ejército hácia diversos lados. *Circumveniri*, para que no pudiese ser rodeado. *Congressus*, viniendo á las manos. *Ponte ulteriore*, por el otro puente. *Miserat subsidio*, habia enviado para socorrer á los nuestros. *Suspicatus fore id, quod*, sospechando lo mismo que sucedió. *Dirimitur*, se deshace la batalla.

XIX. *Eo biduo*, en aquellos dos días, *Præsidio sibi*, para su defensa. *Pons qui*, el puente que cortó la creciente del río, y que no estaba reparado.

perfici jussit. Ipse, cognitâ locorum naturâ, ponti castrisque præsidio sex cohortes reliquit, atque omnia impedimenta; et postero die omnibus copiis, triplici instructâ acie, ad llerdam proficiscitur, et sub castris Afranii constitit, et ibi paulisper sub armis moratus, facit æquo loco pugnandi protestatem Potestate factâ, Afranius copias educit, et in medio colle sub castris constitit. Cæsar, ubi cognovit per Afranium stare, quominus prælio dimicaretur, ab infimis radicibus montis, intermissis circiter passibus quatuorcentis, castra facere constituit; et ne in opere faciendo milites repentino hostium incurso exterrerentur, atque opere prohiberentur, vallo muniri vetuit, quod eminere et procul videri necesse erat; sed a fronte contra hostem pedum quindecim fossam fieri jussit. Prima et secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat. Post hos opus in occulto acies tertia faciebat. Sic omne priûs est perfectum, quàm intelligeretur ab Afranio castra muniri. Sub vesperum Cæsar intra hanc fossam legiones reducit, atque ibi sub armis proximâ nocte conquiescit. Postero die omnem exercitum intra fossam continet: et quod longiûs erat agger pretendus, in præsentia similem rationem operis intuit, singulaque latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda; fossasque ad eandem magnitudinem perfici jubet. Reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius, Petreiusque, terrendi causâ, atque operis impediendi, copias suas ad infimas montis radices producunt, et prælio lacessunt. Neque idcirco Cæsar opus intermittit, confisis præsidio legionum trium, et munitione fossæ: illi non diu commorati, nec longiûs ab infimo colle progressi, copias in castra reducunt.

*Acie triplici instructâ*, dividido el ejército en tres trozos. *Sub castris*, á la vista, inmediato á los reales. *Sub armis*, sobre las armas. *Facit potestatem pugnandi æquo loco*, presenta la batalla en campo raso. *Per Afranium stare*, que en Afranio consistía el no pelear. *Quatuorcentis circiter passibus intermissis*, distante cerca de cuatrocientos pasos de las faldas del monte. *Acies*, el primero y segundo trozo. *Opus*, el foso. *Agger*, materiales que sirven para una trinchera. *Attribuit singulis latera*, señala el costado de los reales que cada legion debe asegurar. *Lacessunt prælio*, provocan á la pelea. *Intermittit*, no por eso deja César la obra.

XX. Tertiâ die Cæsar vallo castra communit: reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimenta ad se transduci jubet. Erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem, ubi castra Petreius atque Afranius habebant, planicies circiter passuum tercentorum, atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulò editior: quem si occupasset Cæsar, et communisset, ab oppido, et ponte, et comæatu omni, quem in oppidum contulerant, se interclusurum adversarios confidebat. Hoc sperans, legiones tres ex castris educit; acieque in locis idoneis instructâ, unius legionis antesignanos præcurrere, atque occupare eum tumulum jubet. Quâ re cognitâ, celeriter quæ in statione pro castris erant Afranii cohortes, breviori itinere ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur prælio, et quòd prius in tumulum Afraniani venerant, nostri repelluntur, atque, aliis summissis subsidiis, terga vertere, seque ad signa legionum recipere coguntur. Genus erat pugnæ militum illorum, ut magno impetu primò procurrerent, audacter locum caperent, ordines suos non magnopere servarent, rari dispersique pugnarent: si premerentur, pedem referre, et loco excedere non turpe existimarent, cum Lusitanis, reliquisque barbaris genere quodam pugnæ adsuefacti: quòd ferè fit, quibus quisque in locis miles inveteraverit, uti multùm earum regionum consuetudine moveatur. Hæc tamen ratio nostros perturbat, insuetos hujus generis pugnæ. Circumiri enim sese ab aperto latere, procurrentibus singulis, arbitrabantur. Ipsi autem

XX. *Tumulus paulò editior*, un montecillo. *Se interclusurum*, que impediria á los contrarios la entrada en la ciudad, el paso del puente y todos los viveres, etc. *Antesignanos*, las compañías que seguian al alférez. (*Antesignanus*, tambien el mismo alférez.) *Quæ erant in statione*, que estaban avanzados delante de los reales. *Contenditur prælio*, pelean. *Repelluntur*, son rechazados. *Subsidiis summissis*, y por haber los contrarios enviado otros refuerzos. *Vertere terga*, huir. *Genus pugnæ*, el modo que tenian de pelear era correr con grande impetu al principio. *Non servarent magnopere ordines suos*, no cuidarse mucho de guardar su puesto. *Rari*, claros y dispersos. *Si premerentur*, en caso de ser atacados, volver atrás y desocupar el campo no lo tenian por ignominia. *Quòd ferè fit*, por ser cosa ordinaria. *Orden: Uti quisque miles moveatur multùm consuetudine earum regionum, in quibus locis inveteraverit*, pegarse á cada soldado la costumbre del pais en que pasó los años de su milicia. *Ab latere aperto*, por el flanco...

suos ordines servare, neque ab signis discedere, neque sine gravi causâ eum locum, quem ceperant; dimitti censuerant oportere. Itaque, perturbatis antesignanis, legio, quæ in eo cornu constiterat, locum non tenuit, atque in proximum collem sese recepit.

XXI. Cæsar, pene omni acie perterritâ, quòd præter opinionem consuetudinemque acciderat, cohortatus suos, legionem nonam subsidio ducit: hostem insolenter atque acriter nostros insequentem suppressit, rursusque terga vertere, seque ad oppidum Ilerdam recipere, et sub muro consistere cogit. Sed nonæ legionis milites elati studio, dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temerè insecuti fugientes in locum iniquum progrediuntur, et sub montem, in quo erat oppidum positum, succedunt. Hinc se recipere cum vellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant. Præruptus locus erat, utraq; ex parte directus, ac tantùm in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent, et neque subsidia a lateribus summitti, neque equites laborantibus usui esse possent. Ab oppido autem declivis locus tenui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. Hac nostris erat receptus, quòd eò, incitati studio, inconsultius processerant. Hoc pugnabatur loco, et propter angustias iniquo, et quòd sub ipsis radicibus montis constiterant, ut nullum frustra telum in eos mitteretur: tamen virtute et patientiâ nitebantur, atque omnia vulnera sustinebant. Augebantur illis copiæ, atque ex castris cohortes per oppidum crebrò summittebantur, ut integri defessis succederent. Hoc idem Cæsar facere cogebatur, ut, summissis in eundem locum cohortibus, defessos reciperet. Hoc cum esset

*Servare ordines*, guardar sus filas.

XXI. *Suppressit*, reprime. *Elati studio*, llenos de coraje. *Sarcire*, reparar. (Su primera significacion *coser*.) *Progrediuntur in locum*, dan en un mal paso. *Præruptus*, era qu ebrado el lugar, escarpado por ambos lados. *Ac patebat tantùm in latitudinem*, y no tenia mas capacidad que la que ocupaban tres compañías puestas en orden. *Neque equites laborantibus*, ni podia socorrerles la caballeria si estaban en peligro. *Vergebat autem ab oppido fastigio tenui*, hácia la ciudad corria una cuesta de poca pendiente. *Hac nostris*, por aquí tenian retirada los nues tros del lugar en que se metieron con demasiado empeño è inconsideracion. *Ut nullum*, que los enemigos no perdian ningun tiro. *In integri*, soldados de refresco...

modo pugnatum continenter horis quinque, nostrique gravius a multitudine premerentur, consumptis omnibus telis, gladiis districtis, impetum adversus montem in cohortes faciunt, paucisque dejectis, reliquos sese convertere cogunt. Summotis sub murum cohortibus, ac nonnullâ parte propter terrorum in oppidum compulsis, facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab utroque latere, etsi dejectis atque inferioribus locis constiterat, tamen in summum jugum virtute connititur, atque inter duas acies perequitans, commodiorem ac tutiorem nostris receptum dat. Ita vario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt, in his Q. Fulginius ex primo hastato legionis quartæ decimæ, qui propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat. Vulnerantur amplius sexcenti. Ex Afranianis interficiuntur T. Cæcilius, primipili centurio, et præter eum centuriones quatuor, milites amplius ducenti. Sed hæc ejus diei præfertur opinio, ut se utriusque superiores discessisse existimarent: Afraniani, quod, cum esse omnium judicio inferiores viderentur, cominus tamdiu stetissent, et nostrorum impetum sustinuissent, et initio lucum tumulumque tenuissent, quæ causa pugnandi fuerat, et nostros primo congressu terga vertere coegissent: nostri autem, quod iniquo loco atque impari congressi numero, quinque horis prælium sustinuissent; quod montem gladiis districtis ascendissent; quod ex loco superiore terga vertere adversarios coegissent, atque in oppidum compulsissent. Illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus munerunt, præsidiumque ibi posuerunt.

*Horis quinque continenter*, cinco horas en peso. *Gladiis districtis*, con espada en mano. *Locis dejectis inferioribus*, en lugares hondos y menos ventajosos. *Dat receptum*, asegura la retirada. *In summum jugum*, pretenden subir á la cumbre á fuerza de brazo. *Vario certamine*, tuvo varios sucesos la batalla. *Ex primo hastato*, capitán de lanceros. (Debiera decir: *Centurio primi hastati*.) *Ex inferioribus ordinibus*, que de soldado raso habia llegado á aquel grado por sus excelentes prendas. *Primipili centurio*, capitán de los de primera fila. (Equivale á capitán de granaderos.) *Sed hæc*, pero aquel día unos y otros pensaron haber salido vencedores. *Iniquo loco*, desiguales en lugar y fuerzas. *Gladiis districtis*, con espada en mano.

XXII. Accidit etiam repentinum incommodum, biduo quo hæc gesta sunt. Tanta enim tempestas cooritur, ut nunquam illis locis majores aquas fuisse constaret. Tum autem ex omnibus montibus nix profluit, ac summas ripas fluminis superavit, pontesque ambos, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit. Quæ res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit. Castra enim, ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo, Sicorim et Cingam, spatio millium triginta, neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur: neque civitates, quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant, frumentum supportare, neque ii, qui pabulatum longius progressi erant, interclusi fluminibus, reverti; neque maximi comitatus, qui ex Italiâ Galliæque veniebant, in castra pervenire poterant. Tempus autem erat anni difficillimum, quod neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant: ac civitates exinanitæ, quod Afranius pene omne frumentum ante Cæsaris adventum Ilerdam convexerat: reliqui si quid fuerat, Cæsar superioribus diebus consumpserat: pecora, quod secundum poterat esse inopiæ subsidium, propter bellum finitimæ civitates longius removerant: qui erant pabulandi aut frumentandi causâ progressi, hos levis armaturæ Lusitani, peritique earum regionum cetrati citerioris Hispaniæ, consectabantur, quibus erat proclive transire flumen, quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copiâ. Multum erat frumentum provisum et convectum superioribus temporibus: multum ex omni provinciâ comportabatur: magna copia pabuli suppetebat. Harum rerum omnium facultates sine ullo periculo pons

XXII. *Tempestas*, aguacero. *Nix profluit*, el agua de la nieve deshecha. *Superavit ripas fluminis*, hizo salir el río de madre. *Cingam*, río Cinga. *Tempus difficillimum*, la estacion mas crítica. *Frumenta in herbis*, ni habian granado las mieses en los campos, ni faltaba mucho para sazonarse. *Exinanitæ*, exhaustas. *Subsidium secundum*, que era el segundo alivio, recurso de su miseria. *Quibus erat proclive*, á quienes era fácil pasar el río á nado. *Utribus*, odres (pellejos para agua). *Suppetebat*, tenia pastos abundantes. *Harum rerum omnium facultates*, todo esto se lo proporcionaba sin peligro el puente de Lérida...



Ilerdæ præbebat, et loca trans flumen integra, quò omnino Cæsar adire non poterat. Eæ permanserunt aquæ dies complures. Conatus est Cæsar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositæ cohortes adversariorum perfici patiebantur: quod illis prohibere erat facile, cum ipsius fluminis naturâ, atque aquæ magnitudine, tum quòd ex totis ripis in unum atque angustum locum tela jaciebantur, atque erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela vitare.

XXIII. Nuntiatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen consitisse. Venerant eò sagittarii ex Ruthenis, equites ex Galliâ cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo. Erant præterea cuiusque generis hominum millia circiter sex cum servis, liberisque: sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur, atque omnes sine timore iter facerent, usi superiorum temporum atque itinerum licentiâ. Erant complures honesti adolescentes, senatorum filii, et equestris ordinis: erant legationes civitatum: erant legati Cæsaris. Hos omnes flumina continebant. Ad hos opprimendos, cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius de nocte proficitur, imprudentesque antemissis equitibus aggreditur. Celeriter tamen sese Galli equites expediunt, præliumque committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hostium numerum pauci sustinere: sed ubi signa legionum appropinquare cœperunt, paucis amissis, sese in montes proximos conferunt. Hoc pugnae tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum. Nacti enim spatium, se in loca superiora receperunt. Desiderati sunt eo die sagittarii circiter ducenti, equi-

*Integra*, intactos. *Magnitudo*, la mucha creciente.

XXIII. *Constitisse*, habian hecho alto junto al río. *Ruthenis*, aquitanos. *Carris*, carros. *Consuetudo*, segun costumbre de los Galos. *Cuiusque generis*, de todas raleas. *Nullum imperium certum*, ninguno á quien obedecer. *Uteretur*, siguiendo cada cual su capricho. *Legationes*, diputados de las ciudades. *Aggreditur*, los coge desprevenidos echando delante la caballería. *Dum pari certamine*, mientras la batalla se mantuvo indecisa. *Hoc pugnae*, el tiempo que duró la pelea. *Attulit magnum momentum*, sirvió de mucho á los nuestros para ponerse en salvo. *Nacti enim spatium*, pues aprovechándose de aquel rato se retiraron á las alturas.

tes pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus. His tamen omnibus annona crevit, quæ ferè res non solum inopiâ præsentis, sed etiam futuri temporis timore ingravescere consuevit. Jamque ad denarios quinquaginta in singulos modios annona pervenerat, et militum vires inopia frumenti diminuerat, atque incommoda in dies augebantur, et tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinaverat, ut nostri magnâ inopiâ necessarium rerum conflictarentur, illi omnibus abundarent rebus, superioresque haberentur. Cæsar iis civitatibus, quæ ad ejus amicitiam accesserant, quò minor erat frumenti copia, pecus imperabat; calones ad longinquoiores civitates dimittebat. Ipse præsentem inopiam, quibus poterat subsidiis, tutabatur. Hæc Afranius, Petreius et eorum amici, pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. Multa rumor fingebat, ut pene bellum confectum videretur. Quibus litteris nuntiisque Romam perlatis, magni domum concursus ad Afranium, magnæ gratulationes fiebant: multi ex Italiâ ad Cn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne eventum belli expectasse, aut ex omnibus novissimi venisse viderentur.

XXIV. Cum in his angustiis res esset, atque omnes viæ ab Afranianis militibus equitibusque obsiderentur, nec pontes perfici possent, imperat militibus Cæsar ut naves faciant, cujus generis eum superioribus annis usus Britannia docuerat.

*Calonum atque impedimentorum*, un corto número de vivanderos y guardas de bagaje. *Annona crevit*, se aumentó la carestía de mantenimiento. *Consuevit ingravescere*, suele ir en aumento. *Jamque ad denarios quinquaginta*, y ya habia llegado á valer un celemin de trigo cincuenta denarios (a). *Fortuna inclinaverat se*, y se manifestaba tan contraria la fortuna. *Ut nostri conflictarentur*, de manera que los nuestros se hallaban en el mayor conflicto. *Imperabat pecus*, mandaba contribuyesen con ganado. *Calones*, vivanderos. *Tutabatur*, sostenia. *Pleniora atque uberiora*, enviaban noticia de esto ponderando y abultando las cosas mas de lo que eran en sí. *Rumor fingebat*, la fama pintaba las cosas de manera que parecia haberse ya concluido casi la guerra. *Ad Afranium*, á casa de Afranio. *Aut ex omnibus novissimi venisse*, ó que ellos eran los últimos de todos á venir.

XXIV. *Angustiis*, en tal apuro. *Atque omnes viæ obsiderentur*, y teniendo tomados todos los pasos. *Cujus generis usus*, como la experiencia se lo habia enseñado. *Britannia*, en la Gran Bretaña...

(a) El denario era como dos reales de nuestra moneda.

Carinæ primum ac statumina ex levi materiâ fiebant : reliquum corpus navium, viminibus contextum, coriis integebatur. Has perfectas carris junctis devehit noctu millia passuum a castris viginti duo, militesque his navibus flumen transportat, continentemque ripæ collem improvisò occupat. Hunc celeriter, priùs quàm ab adversariis sentiatur, communit. Huc legionem postea transducit : atque ex utrâque parte pontem institutum perficit bîduo. Ita comitatus, et qui frumentî causâ processerant, tutò ad se recipit, et rem frumentariam expedire incipit. Eodem die equitum magnam partem flumen transjecit, qui inopinantes pabulatores, et sine ullo dissipatos timore aggressi, quàm maximum numerum jumentorum atque hominum intercipiunt : cohortibusque cetratis subsidio missis, scienter in duas partes sese distribuunt, alii, ut prædæ subsidio sint, alii ut venientibus resistent, atque eos propellant; unamque cohortem, quæ temerè ante ceteras extra aciem procurrerat, seclusam a reliquis circumveniunt atque interficiunt; incolumesque cum magnâ prædâ eodem ponte in castra revertuntur.

XXV. Dum hæc ad Ilerdam geruntur, Massilienses, usi L. Domitii consilio, naves longas expediunt, numero septemdecim, quarum erant undecim tectæ. Multa his minora navigia addunt, ut ipsâ multitudine nostra classis reatetur; magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum, de quibus suprâ demonstratum est, imponunt : atque hos præmiis, pollicitationibusque incitant. Certas sibi deposcit naves Domitius, atque has colonis, pastoribusque, quos secum adduxerat, complet. Sic omnibus rebus instructâ classe, magnâ fiduciâ ad nostras naves procedunt, quibus præerat D. Brutus. Hæ ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes obtinebant. Erat multo inferior numero navium Brutus : sed delec-

*Carinæ, etc.*, quillas y costillaje, ó armazon de los costados. *Materiâ levi*, de madera ligera. *Reliquum corpus*, lo restante del casco del buque. *Viminibus contextum*, entretejiendo mimbres se cubria de cueros. *Collem*, montecillo pegado á la ribera. *Fruentî causâ*, á buscar granos. *Expedire rem frumentariam*, á poner corrientes las provisiones. *Inopinantes et dissipatos*, á los forrajeros desprevenidos y esparcidos sin ningun recelo. *Intercipiunt*, se apoderan. *Hominum atque jumentorum*, de soldados y caballos. *Scienter*, de intento. *Propellant*, y que los rechacen.

XXV. *Expediunt*, habilitan diez y siete galeras. *Sagittariorum*, ballesteros. *Instructâ*, equipada. *Obtinebant stationes*, estaban ancladas...

tos ex omnibus legionibus fortissimos viros, antesignanos, centuriones Cæsar ei classi attribuerat, qui sibi id muneri depoposcerant. Ii manus ferreas atque harpagones paraverant; magnoque numero pilorum, tragularum, reliquorumque telorum se instruxerant: ita, cognito hostium adventu, suas naves ex portu educunt; cum Massiliensibus configunt. Pugnatum utrinque est fortissimè atque acerrimè. Neque multum Albici nostris virtute cedebant, homines asperi et montani, exercitati in armis, atque ii modo digressi a Massiliensibus, recentem eorum pollicitationem animis continebant; pastoresque indomiti, spe libertatis excitati, sub oculis domini suam probare operam studebant. Ipsi Massilienses, et celeritate navium, et scientiâ gubernatorum confisi, nostros eludebant, impetusque eorum excipiebant: et quoad licebat latiore spatio, productâ longius acie, circumvenire nostros, aut pluribus navibus adoriri singulas, aut remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant: cum propius erat necessario ventum, ab scientiâ gubernatorum atque artificiiis, ad virtutem montanorum confugiebant. Nostri, quòd minus exercitatis remigibus, minusque peritis gubernatoribus utebantur, qui repente ex onerariis navibus erant producti, neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis, tum etiam gravitate et tarditate navium impediabantur. Factæ enim subito ex humidâ materiâ non eundem usum celeritatis habebant. Itaque, dum locus cominus pugnandi daretur, æquo animo singulas binis navibus objiciebant, atque injectâ manu

*Antesignanos*, alféreces. *Attribuerat ei classi*, habia destinado á esta expedicion por haberlo ellos pedido. *Manus ferreas*, garfios y harpones. *Pilorum, tragularum, telorum*, lanzas, flechas y demás armas arrojadas. *Instruxerant se*, se habian prevenido. *Configunt*, pelean. *Acerrimè*, con mucho denuedo. *Neque multum*, y no era mucho menor que el valor de los Albicos el de los nuestros. *Continebat*, tenian fresca la memoria de sus promesas. *Sub oculis domini*, á vista de sus señores querian hacer alarde de su valor. *Gubernatorum*, pilotos. *Et quod licebat*, y cuando se lo permitia el mayor espacio de lugar. *Acie productâ longius*, ensanchando el frente del ejército. *Transcurrentes*, encontrándose con nuestras naves. *Contendebant detergere remos*, pretendia barrer, romper los remos. *Artificiis*, y maniobras. *Neque dum (non dum)*, que aun no sabian los términos de jarcias y maderámen. *Materia humida*, de madera verde, recién cortada.